

ignem proiecit, centum psalmos cantet. Si vero canes A buratur : et cinis, ut supra, recondatur, et sacerdos lambuerint talem vomitum, centum dies qui evomit viginti dies poeniteat.

#### CAPITULUM LIV.

*De Eucharistia inveterata per quinquaginta dies.*

• Omne sacrificium sordida vetustate perditum, igne comburendum est, et cinis juxta altare sepe liendus.

#### CAPITULUM LV.

*De illis qui non bene custodierint corpus et sanguinem Domini.*

• Qui non bene custodierit sacrificium, et mus vel aliquod animal aliud comedere illud, quadraginta dies poeniteat. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars ejus ceciderit, et non inventa fuerit, viginti dies poeniteat. Profundens aliquid super altare de calice, quando offertur, sex dies poeniteat; aut si abundantius, septem dies poeniteat. Qui autem perfundit calicem, dum solemnis missæ celebratur, quadraginta dies poeniteat. Et qui acceperit sacrificium pollutus nocturno tempore, septem dies poeniteat. Diaconus obliviscens oblationem offerre, donec offeratur linteamen, quando recitantur nomina paucantium, similiter poeniteat. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit, ut vermis consumptum ad nihilum deve nerit, • tres quadraginta in pane et aqua poeniteat. Si integrum inventum fuerit, in eo vermis com buratur, et cinis sub altari condatur.

#### CAPITULUM LVI.

*De eadem re.*

• Si ceciderit sacrificium de manibus offerentis terra tenus, et non inveniatur, omne quocunque inventum fuerit in loco in quo ceciderit, comburatur; et cinis, ut supra, abscondatur; et cui acciderat, ille medium annum poeniteat. Si vero sacrificium inventum fuerit, locus scopis mundetur, ut supra, com

• Ivo, p. II, c. 59; ex concilio Arelatensi III, c. 5.

• Ivo p. II, c. 60; de Consecrat. dist. 2, c. Qui bene non.

• Gregorii III Judicia, c. 28.

• Ivo, p. II, c. 60.

• Gregorii III Judicia, c. 28.

#### CAPITULUM LVII.

*De eadem re.*

Si quis Eucharistiam negligentie causa perdidit, unum annum poeniteat, vel tres quadraginta, seu quadraginta dies. Si sacrificium in terra perdidit, negligentie causa, quadraginta psalmos cantet. Qui neglexerit sacrificium, ut vermes in eo sint, et • colore non habeat saporemque, viginti vel triginta vel quadraginta dies poeniteat.

#### CAPITULUM LVIII.

*Ut nullus injustas mensuras, et pondera injusta, luci causa dare presumat.*

• Ut mensura et pondera justa siant, sicut in di vinis legibus sanctum est; ergo statuimus ab omnibus hoc observandum. Et si quis justas mensuras et justa pondera lucri causa mutare presumpserit, in pane et aqua viginti dies poeniteat.

#### CAPITULUM LIX.

*De matre que infantem suum juxta ignem posuerit, et sua negligenter mortuus est.*

• Mater, si juxta focum infantem suum posuerit homo aquam in caldarium miserit, et ebullita aqua infans superfusus mortuus fuerit, pro negligentia mater poeniteat: et ille homo securus sit.

#### CAPITULUM LX.

*De viris ordinatis, quorum peccata occulta sunt.*

• De viris ordinatis, quorum peccata occulta nec manifeste ab aliquo argui possunt, si salubriter C compuncti pro peccatis confessionem episcopo sive presbytero occulte faciunt, bonum inibi videtur ut secundum id quod decretum fuerit ab episcopo vel presbytero, penitentiam agant non tepide, nec tarde, sed ferventer et sollicite; ac sicce veniam peccatorum a Domino percepturos, et gradum se retenturos confidant.

• Capitulare Aquisgranense, c. 74; conc. Arelat. vi, c. 14; conc. Turon. III, c. 45.

• Conc. Triburiense tempore Formosi pape, c. 37.

• Penit. Rab., c. 1. Vid. Isidor. Hispal., ep. ad Massonem episc.

## CAPITULA PATRIBUS CONCILII HERUFORDIAE OBLATA

### A THEODORO PRÆSIDENTE,

*Collata cum tribus codicibus mss. Historie Anglorum Ven. Bedæ.*

Quibus, inquit Theodorus, statim protulisseumdem librum canonum, et ex eodem libro decem capitula, que per loca notaveram: quia maxime nobis necessaria sciebam, illis coram ostendi, et ut hæc diligenter ab omnibus susciperentur, rogavi.

#### I. De Pascha

• Ut sanctum diem Paschæ in commune omnes

• Conc. Arel. I, c. 4; decretum conc. Nicæni. Apud Euseb., lib. III de Vita Constantini, cap. 18; Athanas.,

#### II. De episcopis

• Ut nullus episcoporum parochiam alterius invadat, sed contentus sit gubernatione credithe sibi plebis.

de Synodis; Theodoret., l. I Hist., c. 8; Vid. can. sub nomine apost. 7.

• Conc. Antioch., c. 3

**III. De monasteriis.**

**a** Ut quæque monasteria Deo consecrata nulli episcoporum licet ea in aliquo inquietare, nec quidquam de eorum rebus violenter abstrahere.

**IV. De monachis.**

**b** Ut monachi non migrant de loco ad locum, hoc est, de monasterio ad monasterium, nisi per diuisiōnem proprii abbatis, sed in ea permaneant obedientia, quam tempore suæ conversionis promiserunt.

**V. De clericis.**

**a** Ut nullus clericorum relinquens proprium episcopum, passim quolibet discurrat: neque alicubi veniens absque commendatiis litteris sui presulis suscipiatur. Quod si semel susceptus est, et noluit invitatus redire, et susceptor, et is qui susceptus est excommunicationi subjacebit.

**VI. De episcopis et clericis peregrinis.**

**•** Ut episcopi atque clerci peregrini contenti sint hospitalitatis munere oblato, nullique eorum licet ullum officium sacerdotale absque permisso episcopi in cuius parochia esse cognoscitur, agere

**VII. De synodis.**

**f** Ut bis in anno synodus congregetur: sed quia diversæ causæ impediunt, placuit omnibus in commune, ut Kalendis Augusti in loco qui appellatur Cloteshooth semel in anno congregetur.

**VIII. De episcoporum primatu.**

**s** Ut nullus episcoporum se præferat alteri per am-

**a** Conc. Ilerd., c. 3.

**b** Concil. Chalced., c. 4; conc. Andegavense, c. 8; conc. Veneticum, c. 6; conc. Agathense, c. 27, 38; conc. Aurel. i, c. 19; conc. Turon. ii, c. 15.

**c** Hic vulgo legitur in editis *Ut episcopi monachi*. Quod rectius abest a duobus codicibus optimis bibliothecæ Thuanæ, et ab altero antiquissimo quem vir doctissimus Chiffletius S. J. mecum communicavit, atque etiam ab excerptis Egberti Ebor. arch. cap. 66, ubi sic: *Theodorus dicit: Monachi non migrant de loco*, etc. Etenim alioquin, hoc capitulum cum nullo canone cuiusquam synodi præcedentis consti-tiret.

**d** Conc. Arelat. i, c. 21; conc. Nicenum, c. 15, 16; conc. Antiochenum, c. 3; conc. Laodic., c. 44, 42; can. sub nomine apost. 14; conc. Carth. iv, D

**A** bitionem: omnes agnoscant tempus et ordinem con-sacrationis suæ.

**IX. De episcoporum numero.**

**b** In commune tractatum est ut plures episcopi crescente numero fidelium augerentur; sed de hac re ad præsens silemus.

**X. De conjugio.**

**i** Pro conjugiis, ut nulli licet nisi legitimū ha-bere connubium. Nullus incestum faciat. Nullus con-jugem propriam, nisi, ut sanctum Evangelium docet, fornicationis causa relinquat. Quod si quisquam pro-priam expulerit conjugem legitimū sibi matrimonio conjunctam, si Christianus esse recte voluerit, nulli alteri copuletur; sed ita permaneat, aut propriæ re-concilietur uxori.

**B** His itaque capitulis, ut persecutus Theodorus, in commune tractatis ac diffinitis, ut nullum deinceps ab aliquo nostrum oriatur contentionis scandalum, aut alia pre aliis divulgarentur, placuit ut quæque diffinita sunt, unusquisque nostrum manus propriæ subscriptione confirmaret. Quam sententiam diffini-tionis Titillo notario scribendam dictavi. Actum in mense et indictione suprascriptis. Quisquis igitur contra hanc sententiam juxta decreta canonum, nostra etiam consensione ac subscriptione manus nostræ confirmatam quoquo modo venire eamque in-fringere tentaverit, noverit se ab omni officio sa-cerdotali et nostra societate separandum. Divina vos gratia in unitate sanctæ Ecclesiæ suæ viventes custo-diat incolumes.

**c** 5; cod. Eccles. Afric., c. 74; conc. Toletanum i, c. 12; conc. Andegavense, c. 4; conc. Epaonense, c. 6; conc. Valent., c. 5; conc. Tolet. ii, c. 2.

**e** Synodus S. Patricii, c. 30. Citat. Capitul. l. vi, c. 86.

**f** Conc. Nicenum, c. 5, et plures alii canones ex conc. Nicaeno.

**g** Concil. Milevit. ii, c. 13, 14; in integro codice Ecclesiæ Africanæ, c. 86; ex conc. Afric., c. 53; conc. Carth., n. 19, sub Aurelio episcopo; conc. Aga-thense, c. 23.

**h** Conc. Carth. ii, c. 5.

**i** Conc. Milevit., c. 17; Innocent. I ep. ad Exu-perium episcopum, c. 6. — Citat. lib. vi Capitul., c. 87.

## ALIA CAPITULA COLLECTA EX FRAGMENTIS.

Fragmenta ex capitulis a rev. D. Luca Acherio editis in Spicilegii tomo IX.

*Hic prætermittuntur ouæ supra notata sunt ad Pœnitentiale Theodori.*

## CAP. VI.

**a** Qui bis baptizati sunt ignorantes, non indigent pœnitentia, nisi quod secundum canones non pos-sunt ordinari, nisi pro magna necessitate. Qui vero non ignorant, quasi iterum Christum crucifixerunt, pœniteant septem annis, quarta feria, et sexta feria, et tribus quadragesimis.

**a** Burch., l. iv, c. 51; Ivo, p. i, c. 145; Gr. de Cons., dist. 4, c. Quidam.

## EX CAP. VII.

**b** Qui operantur in die Dominico, Graeci prima vice arguunt, secunda tollunt aliquid, tertia vice tertiam partem de rebus, et vapulant, vel septem diebus pœniteant.

## EX CAP. IX.

Ecclesiam licet ponere in alio loco si necesse sit,

**b** Vid. notas ad Pœnit. Th., de opere quod inter-dicitur.